



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Augustini Barbosae ... Collectanea doctorum tam
veterum, quam recentiorum, in ius pontificium universum**

In Qvo Qvintvs Decretalivm Libri continetvr

Barbosa, Agostinho

Lugduni, 1669

De Infantibus, & languidis expositis. Tit. XI.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-95280](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-95280)

De Infantibus, & Languidis expositis. Tit. XI. 89

filium. C. de in offic. testam. Menoch. consil. 544. num. 6. & conf. 956. num. 41. & 42. Calor igitur iracundiae, quo contractus infringuntur, talis esse debet ut ab ira consensus penitus alteretur, ac si quis furus sit, sed ira motu sic concitatus, ut quid agat ferre non percipiat, ita Panorm. & Felin. in cap. sicut in 1. sup. de iureiur. Dec. Cagnol. & Mayn. in l. quod calore ff. de regulis iuris. Bald. Salyet. & las. in d. l. qui filiam, Tiraq. de causa 1. Menoch. de success. creat. lib. 1. §. 10. num. 516. Alciat. resp. 477. num. fin. Socin. iun. cons. 36. num. 10. lib. 2. Menoch. cons. 544. n. 5. & 6. & de praesumpt. l. 1. praesumpt. 14. n. 21. Vide plura quae de iracundia dixi ad c. dudum. de conuers. coniug.

Ad aliquod monasterium transferat.] Notatur ad hoc, quod mater filium occidens iracundiae calore submoto in monasterium detritur ad perpetuam poenitentiam agendam, ut per Farin. in praxi crimin. part. 5. quest. 120. num. 19. ubi etiam dicit hunc dicit text. loqui in foro animae, & poenitentiali.

Et licentia in Domino nubendi, &c.] Ergo impedimentum impediens matrimonium est infectio proprii filij, de quo Sanch. de matrim. lib. 7. dist. 6. n. 22.

SVM MARIVM.

- 1 Mulier occidens filium, propter hoc a viro separari non debet, sed alia poenitentia sibi imponitur.
- 2 Dispensandi lenior causa est habere filios.
- 3 Thorum ab vxore filium occidente separari non licet.

CAP. Intelleximus. II. Luc. III.

1 Mulier occidens filium, propter hoc a viro separari non debet, ut alios filios gubernare valeat, sed alia poenitentia sibi imponitur, etiam si iurasset separationem a viro. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zab. Ioan. Andr. Anania, Host. Anch. Butr. Panorm. Mar. Socin. Viuian. in ration. lib. 5. iuris Pontif. pag. 115. Alagona in compendio iuris Canon. pag. 666. remissive Ximen. in concord. p. 1. refertur ab Anton. Aug. collect. 1. Decret. lib. 5. tit. 4. c. 2. & est post Concil. Later. part. 50. c. 25.

2 Illam alios habere filios, &c.] Ergo habere filios est causa lenius dispensandi, ut per Tiraq. de poenis temper. causa 26. n. 1. cum seq.

3 Eidem viro restituitur.] Notatur ad hoc quod propter homicidium filij non licet separare thorum ab vxore filium occidente, ut per Palat. in repet. rub. de donation. inter virum & vxor §. 78. num. 5. Vnde non videtur approbandum quod Plato dialog. 3. de legibus, prout eum refert Menoch. de arbit. casu 364. num. 15. scriptam reliquit in bene instituta Republ. esse ita faciendum. Si pater aut mater (accidit enim, quamvis raro) per iram verberibus, seu quouis modo filium, vel filiam interficiat, perinde ac ceteri homines purgentur, & triennium exulent, & post ipsam restitutionem maritus ab vxore, vxorque a marito separentur.

SVM MARIVM.


- 1 Parentes circa quas pueri reperiuntur oppressi, quam poenitentiam agere debeant, ostenditur, & quam culpam & poenam incurrant, ibid. n. 2.

CAP. De infantibus. III. & fin.

1 Infantes quando reperiuntur mortui in lecto, & necitur an sint a patre, vel matre oppressi, aut potius naturaliter mortui, parentes non debent esse omnino turbati. Barbof. Collect. Tom. III.

ti, sed agere debent aliquam poenitentiam ad arbitrium superioris. Si vero sunt certi quod ipsi eos suffocauerunt grauius deliquerunt, & poenitentiam agere tenentur secundum aliquos trium annorum, quorum vnus sit in pane, & aqua. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. In. Collect. Zab. Ioan. Andr. Anania, Host. Anch. Butr. Panorm. Mar. Soc. Cened. collect. 48. Viuian. in ration. lib. 5. iuris Pontif. p. 116. Alagona in compendio iuris Canon. p. 666. remissive Ximen. in concord. p. 1. & 2. refertur ab Ant. Aug. collect. 2. Decret. lib. 5. tit. 4. vnic.

De parente, aut nutrice, quae tenellum infantem dormiendo suffocauit in lecto, & quando culpam contrahat dolum, aut negligentiam, & quam poenam incurrat, differunt Nauar. in man. c. 13. n. 13. vers. 58. & c. 27. n. 236. vers. 25. Bonifac. de Vitalin. in tract. de malefic. tit. de parricid. n. 5. Cassan. in consuetud. Burgund. rub. 1. §. 1. n. 34. vers. quid de nutrice; Sebast. Medic. in summ. peccat. p. 1. tit. 4. q. 104. vers. & si mater, Viuald. in candel aureo tit. de irregul. ex homicid. volum. ex n. 252. Boët. decis. 166. n. 2. vers. & invidia nostra, ubi tradit quomodo cognoscatur an fuerit infans a nutrice suffocatus, Stephan. de Gaeta in reper. cap. ad limina 30. q. 1. §. n. 350. ubi quod Episcopus potest facere constitutionem synodalem, quod parentes non teneant filios paruulos in suis lectis. Ant. Henr. var. tom. 3. cap. 3. num. 3. Menoch. de arbit. casu 327. Auendan. de exequendis mand. lib. 1. cap. 1. num. 18. vers. alia custodia est nutricum, Cened. ad Decret. collect. 48. n. 1. Decian. tract. crimin. lib. 9. c. 8. n. 20. & c. 16. n. 31. Henric. in summ. lib. 14. de irregular. c. 15. prope finem, Paul. Comitot. respons. moral. lib. 4. c. 12. quorum duo posteriores admonent quod iacere in eodem lecto cum infante non caret culpa, cum res periculosa sit, nec sit quis dominus eorum, quae summo sopitus agit; accidere tamen potest, ut huiusmodi dubitatio culpa careat, v. g. si lectus sit latus & puer implacabilis, aut qui aliter a frigore defendi non possit, & mulier in somno suum retineat situm, & locum. An & quando irregularitas incurritur a parentibus tenentibus in lecto infantem, si dum ipsi dormiunt, suffocetur, dixi ad cap. quatuor, n. 4. de poenit.



De Infantibus & languidis expositis.

TIT. XI.

PER hanc rub. scripterent Zab. Ioan. Andr. Anch. Butr. Panorm. Mar. Socin. Durand. in breuiario aureo fol. 140. Petr. de Rauen. in compendio iuris Canon. Mart. Mesnar. in epit. Decret. fol. 182. vers. Dan. Venat. in analysi methodica iuris Pont. a p. 633. Goffred. & Host. in summ. huius tit. Alex. Cassan. & Anast. Germ. in paratitulis ad quinque lib. Decret. Barth. Carthag. in exposit. tit. iuris Canon. quouissimè Ioan. Honor. lib. 5. summ. in Decretal. omnes sub hoc tit.

Infans dicitur vsque ad septimum annum exclusiue, ut per Duen. reg. 259. ampl. 2. Petr. à Placo. in epit. delect. c. 32. n. 2. Menoch. de arbit. casu 57. n. 2. & 7. cum seqq. & de praes. lib. 4. q. 47. n. 3. Farin. in praxi crimin. p. 2. quas. 58. n. 6. & q. 92. n. 4. Et proprie est infans qui existimatur a iure fieri non posse, non quidem tanquam voce priuatus, sed tali praeditus, quae pro nulla iure habetur, Donel. in l. 1. m. 6. de verbor. oblig. ubi Aquilin. n. 100. Infantia ergo est aetas in qua fieri nescitur, & illie terminatur vnde oritur pueritia, seu pupillaritas, quae in maribus ad 14. annum extenditur, in foeminis vero 12. annorum spatia desiderat, ut post gloss. in proam. Sexti Decretal. testantur Menoch. de arbit. casu 57. n. 1. & de

H 3 praesumpt

presumpt. lib. 4. quest. 157. num. 38. Farin. d. quest. 91. n. 6. Et inter septennium, & 14. annum masculi, & 12. feminae impuberes nominantur *princip. Instit. quibus modis tutela finitur*. Proximis infantiae dicitur post septennium usque ad 10. annum cum dimidio si masculus sit; si vero femina usque ad novem annos cum dimidio, *glos. in verbo infantia proximus in 3. pupillus, Instit. de inutil. stipul. Anton. Gomez var. som. 3. cap. 1. num. 57. vers. Et dicitur proximus. Chald. Pereira in l. si curatorem, verbo vel. adversarij dolo pest. num. 53. Farin. d. quest. 92. num. 4.*

Languidi deriuntur à verbo languere, quod ultra alia significata illud habet proprium quoad propositum, id est, infirmari, ut apud Calepin. Thesaur. & alios legi potest, sique languidus idem est quod infirmus, patet ex illo Ioannis cap. 5. ibi, *respondet ei languidus, & cap. 11. ibi, quidem languens Lazarus, & Matth. c. 4. ibi, curavit languidos eorum, & non abs re inter languidos, & infantes idem ius servatur, siquidem quoad curam utriusque par propensio debet impendi. Hi languidi sunt proprie infirmi, & morbo perpetuo detenti, illi quidem qui nocet rei cuiusque gerendae, l. morbus ff. de verb. signif. ubi Rebuff. unde non sufficit quicunque bi cui aut levi morbo laborare, ut dicatur languidus, sed debet esse gravis infirmitas, multum duratura, idque demonstrat propria infirmitatis ratio, secundum Gom. in reg. de infirmis quest. 28. Azucudo in l. 6. num. 9. tit. 5. lib. 3. nona recap. quod autem duratura sit aegritudo satis de iure praesumitur, dum contrarium non probatur, ut per Flamin. de resignat. lib. 5. quest. 3. num. 39. Menoch. lib. 6. de praesumpt. q. 44. num. 22.*

Expositi filij secundum Azon. in summa huius tit. nominantur languinolenti, quia poena sanguinis istud expositionis facinus luendum est; nam pater exponens necare videtur, arg. text. in l. necare ff. de liberis agnosc. cap. fin. 87. diffinit. Azonem sequitur Greg. Lop. l. 4. gloss. 1. tit. 20. part. 4. & idem tenuit gloss. in l. 2. C. de patribus, qui filios distraxerunt. Sed verius dicendum est expositos quidem si infantes sint sanguinolentos nominari, quia de recenti nati adhuc sanguine madere creduntur. Si vero expositi provecioris aetatis sint, tunc pater exponens dicitur sanguinolentus, quia sanguinis sui partem (hoc est filium, arg. l. ult. C. de impuberum, & aliis substit.) interneconi prostituit. In summa expositi sunt omnes ij, qui à patre, aut domino abiciuntur, & veluti extra domum, familiam, & potestatem ponuntur.

Quaestio est celebris: Vtrum filij de quorum parentibus non constat, ut sunt infantes expositi, censebuntur legitimi, aut spurij? Et quod spurij sint censebuntur & uti tales ad Ordines absque dispensatione nullo modo promouendi securè docet Majol. de irregul. lib. 1. cap. 1. num. 1. quem magis sequitur Couarr. in Clem. si furiosus part. 2. in princip. num. 9. resoluens quod ipse consulerit ne promoucantur expositi, eaque ratione confirmat, quia non solent filij legitimi exponi, sed potius expositi nasci ex furtivis, & illicitis congressionibus, & Cou. opinionem sibi magis placeat ait Salzedo in pract. 14. lit. C. in fine, Rebello de obligation. instit. part. 2. lib. 1. quest. 3. sect. 2. n. 15. & hoc esse securius concludunt Vgolin. de irregul. c. 44. §. 7. num. 1. Alciat. de praesumpt. praes. 1. num. 12. Hentiq. in summa lib. 1. cap. 20. §. 2. & lib. 14. cap. 7. §. 10. Valsq. 1. 2. disp. 66. num. 48. Tolet. in summa lib. 1. cap. 58. num. 7. Castil. lib. 2. quotidian. controuers. c. 19. num. 51. Auil. de censur. part. 7. disp. 3. dub. 9. Garc. de benefic. part. 7. cap. 2. ex n. 8. Paul. Layman. in Theolog. moralis. l. 1. tract. 5. p. 4. c. 5. n. 4. Soar. tom. 5. de censuris disp. 40. sect. 3. num. 4. & Valer. Reginald. in praxi lib. 30. num. 77. vers. 7. expositi enim

aequiparantur vulgo quaestis, Pute. part. 1. decis. 435. D. Barbosa in rubr. ff. soluto matrimonio. part. 1. n. 20. Episcopum tamen cum expositis huiusmodi dispensare posse ut ad Ordines etiam sacros, & Curata Beneficia promoucantur resoluunt Cou. & Soar. Hentig, Auil. & Paul. Layman. citatis locis, quia licet Episcopis iure ordinatio concessum non sit dispensare in irregularitate praesertim notoria, possunt tamen dispensare in casu dubio, qualis iste est.

Vtrum Doctores magis communiter resoluunt hos filios, de quorum parentibus non constat, legitimos esse censebunt, ac successionum Ordinum, ac dignitatum capaces. Ita Paleoth. de nobis & spuris cap. 63. num. 3. & 7. Bermond. de publicis concubis in verbo, qui etiam filios ex tali concubinato procreatos, num. 90. Menoch. de praesumpt. l. 6. quest. 54. num. 20. Malcard. de probat. concluf. 799. Gironde de privilegium expulsi. num. 1441. & seg. Menoch. de arbit. casu 396. num. 15. & 16. & cons. 96. & de praesumpt. lib. 6. praes. 54. n. 13. Sayr. de censur. lib. 6. cap. 10. num. 59. Salas 1. 2. quest. 8. disp. vnic. sect. 24. n. 246. Attendant. in addit. ad recopilat. legum Navarra lib. 4. tit. 29. l. 1. §. 2. de hospital. & v. fantib. expositis n. 1. Sanctarell. variarum resol. quest. 44. Ego ipse de officio, & potest. Episcopis p. 3. alleg. 51. n. 150. Salas in 1. 2. S. Thom. tom. 2. tract. 8. disp. vnic. sect. 24. numero 246. Filliuc. in quest. moral. tom. 1. tract. 19. c. 5. n. 143. & 43. Diana resol. moral. part. 3. tract. 1. miscel. resol. 22. Fr. Emman. quest. regul. tom. 1. quest. 1. art. 1. & quest. 14. art. 3. col. 6. D. Schast. Oroscio in el thesoro de la lengua Castellana verbo enebado. ad finem. Steph. Gratian. disceptat. forens. c. 135. num. 3. cum seg. & c. 267. n. 22. Nam debita stante origine pondus indicandum est pro legitimitate, ut per Puteum lib. 3. decis. 1. Peregr. in fideicom. art. 43. num. 71. quos refert Steph. Gratian. d. c. 135. num. 43. Expositi tamen sunt incapaces officiorum sanctae Inquisitionis, Ecclesiarum, Collegiorum & Confraternitatum, in quibus habentur statuta requiritia qualitate nobilitatis, & alia huiusmodi, ut per Illustriss. D. meum Rodericum à Cunha post primam huius libri impressionem à me visum, & comment. ad c. si expositus 8. num. 2. diff. 88. ubi subdit, quod licet in dubio boni praesumantur, haec praesumptio nihil operatur, nisi probetur, quando certa qualitas esset praesumptiue. Perez de Lara de anniverf. lib. 2. cap. 4. num. 37. Gironde ubi proxime n. 1443. & seg. c. 15. resoluunt expositum esse ciuem illius loci, & ciuitatis, cui exponitur, ita ut si aliquid legatum relinqueretur, vel privilegium concedatur, vel puellis naturalibus, vel ciuilibus alicuius ciuitatis, vel pro eis maritandis aliquid relinqueretur, virgines, & puellae expositae comprehenduntur.

SYMMA RIVM.

- 1 Compendium huius text. refertur.
- 2 Parentes peccant qui filios exponunt, si eos nutrire, & alere commode possint.
- 3 Pater, & patronus amittunt inquisitionis, & servitutis cum filios, vel servos exponunt.
- 4 Expositi, quorum parentes ignorantur, praesumunt aliena ab Ecclesia, vel eius Rektore, & in defectu à communitatibus.
- 5 Expositi antiquitus alebantur in loco per Trinitatem adificato.
- 6 Expositos pro filiis possunt parentes agnoscere.
- 7 Pater exponens filiam, licet perdat patrium potestatem, non tamen eximitur ab onere dotandae.

8 Expositum

De Homicidio voluntario, &c. Tit. XII. 91

- 8 *Expositum filium, vel seruum alens repetit à patre, vel domino expensis.*
9 *Expositus succedit hospitale excluso fisco.*

C A P. Si à patre, vnic. Gregor. IX.

- 1 Infans expositus à patre, vel ipso sciente, vel ratum habente, est liber à patria potestate, sic & libertus, vel seruus, aut languidus si exponitur, idem dicendum si eisdem d. negentur alimenta; illi verò, qui hos suscipiunt, non acquirunt ius in eorum personis. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarell. Anania, Ioan. Andr. Host. Anch. Butr. Panorm. Mar. Socin. Viuian. in *rationali lib. 5. iuris Pontif. pag. 116.* Alagona in *compend. iuris Canonici pag. 666.* remissiuè Ximen. in *concord. p. 1. & 2.*
- 2 *Relegatio pietatis officio.* Aduerte quòd peccant parentes, qui filios exponunt, si eos nutrire, & alere commodè possint, vt per Azor. *instit. moral. part. 2. lib. 1. c. 26. quest. 2.* Henric. in *summ. part. 2. lib. 1. c. 19. §. 3.* Et iudicis arbitrio sunt puniendi, Menoch. *de arbit. casu 396. num. 5.* Aloyf. Ricciol. in *praxi aurea resol. 26.* Ego ipse *de officio & potest. Episcopi part. 3. alleg. §. 1. num. 144.* & me citato Sanctarell. *var. resolut. quest. 45. num. 1. vbi num. 8.* cum Aloyf. Ricciol. in *praxi aurea resol. 28. n. 2.* resoluit penam latam contra parentes exponentes filios comprehendere etiam eosdem quando exponunt filios spurios. Limita tamen, nisi parentes ex iusta causa filios infantes locis publicis, seu priuatis in quibus aliàs commodè possunt sustentari, exponunt vt per Nouat. in *man. c. 15. n. 17.*
- 3 *A potestate patris fuit liberatus.* Notatur ad hoc, quòd pater, & patromus amittunt ius filiationis, & seruitutis cum filios, vel seruos exponunt, siue pater exponat filium, siue alius eo consentiente, vel ratum habente, quia idem est quoad perdendum ius patriæ potestatis, vide Paleoth. *de nothiis, & spuris cap. 67. n. 6.* Menoch. *de arbit. casu 396. n. 11.* Surd. *de alimentis tit. 4. q. 18. n. 2. & tit. 8. prinil. 6. 3. num. 4.* & prinil. 64. n. 2. cum segg. Stephan. Gratian. *discept. forens. cap. 267. à num. 1. cum multis segg.* Azor. *instit. moral. part. 2. c. 26. q. 1.* Sanctarell. *d. quest. 43. num. 2.* Illustriss. D. meum Roderic. à Cunha post primam huius libri impressionem à me visum in *comment. ad cap. si expositus 9. num. 6. dist. 87.*
- 4 Infantibus expositis, quorum parentes ignorantur, præstantur alimenta ab Ecclesia, vel eius Rectore, vt per Abb. *hic num. 3.* Surd. *de alimentis tit. 1. q. 81. num. 1.* Anton. Sola in *tract. de capiendis debitor. pro causa civili part. 3. gloss. unica num. 8.* quod tamen intelligendum est quando in ciuitate non est constructum hospitale pro lactatione horum infantium, vt tradit Muñoz de Escobar. *d. ration. cap. 25. num. 45. post princ.* Traianus Imper. pro expositis nutriendis in Monte Celio locum ædificauit amplissimum, vt refert Sabellic. in *eius vita*, quem multis possessionibus dotauit, & ad columnam lacteariam Sospitæ Iunoni dicaram in foro Olitorio exponebantur infantes, sicut referunt Escobar *d. cap. 23. num. 46.* & Steph. Gratian. *d. cap. 267. num. 9.* & 10. dicit quòd vbi Ecclesia non haberet sufficientes redditus, vel vbi non extant publica hospitalia, consueuere communitates locorum tales recipere, & nutricibus nutriendos dare publica impensa.
- 6 Parentes possunt agnoscere expositos pro filiis, qui tunc censentur legitimi, & sui heredes, vt per Stephan. Gratian. *d. cap. 267. num. 14.* vbi à num. 14. resoluit quòd licet pater exponens filium perdat patriam potestatem, non per hoc eximitur ab onere dotandi, quia solum perdit patriam potestatem quoad

ea, quæ sunt sibi vtilia, non circa sibi onerosa, & damnum afferentia, quod etiam docent in terminis Surd. *de aliment. tit. 6. quest. 18. n. 19.* Azor. *instit. moral. part. 2. lib. 2. cap. 26. q. 10.* Illustriss. D. meus vbi *suprà num. 10.* Ego ipse *d. alleg. §. 1. num. 157.* & me citato Sanctarell. *d. q. 45. num. 4.* Stephan. Gratian. *d. cap. 267. num. 41.* tenet quòd alens seruum, vel filium expositum repetit à patre, & domino alimenta, etiam facta pro filio exposito erudiendo in aliqua arte. Vnde videtur deduci quòd si filius expositus patrem postea occiderit, non tenetur crimine parricidij, sed tantum ordinarie homicidij supplicio erit efficiendus, vt tradunt Petr. Gerard. *sing. 2. Plac. de dilect. cap. 22. num. 15.* & 17. Menoch. *de arbit. casu 396. num. 14.* Decian. in *tract. crimin. lib. 8. cap. 15. num. 29.* Farin. in *praxi crimin. quest. 120. num. 164.* Stephan. Gratian. *d. cap. 267. num. 3.* quicquid dicat Ioan. Solorzan. *de parricidij crimine cap. 5.*

Expositus succedit hospitale excluso fisco, vide Pe-regrin. *de iure fisci, lib. 4. tit. 3. rubr. de bonis vacantibus, num. 16.* Greg. *l. 4. verbo echandolos tit. 20. part. 4.* Lara in *l. si quis à liberis, §. si quis ex his, num. 10. ff. de liberis agnosc.* Perez *tit. 4. lib. 5. Ordin. pag. 161.* Farinac. *fragment crimin. part. 1. litt. F. num. 134.*

De Homicidio voluntario, vel casuali.

TIT. XII.



UPER hanc rubr. scripserunt Zabar. Ioan. Andr. Anch. Butr. Panorm. Felin. Martin. Socin. Ioan. de Londris in *breuiario sanctorum Canonum fol. 181.* Petr. de Rauenn. in *compendio iuris Canonici*, Martin. Mesnart. in *epitome Decretal. fol. 182.* Daniel. Venator, in *analyfi meth. circa iuris Pontificij à pag. 635.* Goffed. & Hostienf. in *summa huius tit. Alex. Castan. & Anastaf. Germon. in paratielis ad quinque libros Decretal. Barthol. Cathagen. in expositione titulum iuris Canonici, Zypæ in analytica postremi iuris ecclesiastici enarrat. pag. 394.* Lancellor. in *instit. Canon. Canis. in summa iuris Canon. Cafarel. in erotem eiusdem iuris, nouissimè Ioan. Honor. lib. 5. summ. in Decretal. omnes sub hoc tit.*

De materia huius tit. vide Ordinari. Regiam Lusit. *lib. 5. tit. 35.* vbi patens meus, apud Castellanos *tit. 13. lib. 8. Ordin.* vbi Perez. & *tit. 23. lib. 8. nona recop.* vbi Azeued. Egid. Boff. in *tract. tit. de homicid.* Carter. *cod. tit. Clar. lib. 5. §. homicidium.* Anton. Gom. *tom. 3. var. cap. 3.* Hippol. *conf. 7.* Decian. *tract. crimin. lib. 9. cap. 17. cum segg.* Pradil. in *summa legum poenalium, part. 1. c. 15.* Farin. in *praxi crimin. part. 4. de homicid.* Ayer. in *speciali tract. de homicid.* Petr. Gaball. in *tract. de omni genere homicidij, Vela de delictis cap. 15.* Gutier. *Canon. lib. 1. c. 5. & 6.* Iacob. de Grassiis in *decis. aureis, part. 1. lib. 2. c. 52.* cum segg. Azor. *instit. moral. part. 3. lib. 3. de homicidio.* Filliuc. *tom. 2. tract. 28.*

SUMMARIVM.

- 1 Homicida proditorius debet deponi, & tradi Curia seculari vt moriatur.
- 2 Declaratur text. in presenti & num. 3.
- 4 Proditor & per insidias delinquens non gaudet Ecclesia immunitate si ad eam confugiat.
- 5 Proditorie quemquam occidere aut per insidias idem est

H 4 6 Proditor